

## VIRIS

Theologicā Pietate & Dignitate celeberrimis,  
Venerabili ac Clarissimo

- Dn. MICHAELI ROTH, Ecclesiae Rupensis  
Pastori vigilantissimo, ut & surrogati Ejusdem Surro-  
gato dignissimo, Dn. Avunculo suo colendissimo.
- R. & P. Dn. STEPHANO FABRICIO,  
Pastori Ecclesiae Somboriensis fidelissimo, Patruo suo  
magno colendissimo.
- R. & Præst. D. MARTINO FALCK, Pastori Eccle-  
siae Sibrecensis meritissimo, Dn. Avunculo suo æternum colendo.

vt &amp;

- VIRIS, Amplissimo - Consultissimo - Experientissimo - Providis  
Dn. GEORGIO SCHNELL, Reipub. Schæsburg. Se-  
natori benē merito.
- Dn. MICHAELI DELI, Ejusdem Reip. Schæsb. Se-  
natri dignissimo, Præceptorī æternum honoratissimo.
- Dn. JACOBO SCHOBELIO, Urbis Coronensium  
Civī, Centumviro optimē merito, Domino Patruo suo jugiter ve-  
nerando.
- Dn. MARTINO KESLICH, Facul. Med. Candidato  
Præcellentī.
- Dn. ANDREÆ ROTH, Reipub. Schæsb. Centumviro  
benē merito, Domino Avunculo suo devotissime venerando.

Dominis Amicis, Patronis & Mecenatibus iugis memoriā colendis:

Non Morphon illam, Lillis & fabilium, Phrygion Jasonibus, sed armigorum Joyis Acrocerau-  
nici, Melenior iniquum, in Saxoburgicis conceptum Turribus, partim succellivum, Veris in-  
euntis exponens virtutio, amicitia Svada, in Vestis, Venerabilis & Clarissime Domine, Præcl. &  
Rev. Ampl. Viri expono radiis Favoris & Tutelex. Aquila inquam Disciplinarum Metaphysicā,  
sub Celsissima virtutis vitali umbra teahens Principia, hodie ad Conclusiones, motu procedit pri-  
mo, secundum prima Disputationis aera: Non enim ardua petit, licet Veritatis filia: irretorū ca-  
ptat facie, quæ privatitudinum pulveres, non obfuscans aciem, tantum in creperam, protru-  
ferunt lucem. Quæ etenim scientia eriam juratissimis & proximis ita illius & obscura est, ac illa,  
quæ Ens, unum, sed multipliciter obcurritur. Verum: his perfectum, sed gyris motuum Intellec-  
tus Bonum, in sui Causis explicatis in Universali versat: in Potentia actua: in Diversis disser-  
tionibus, natam ex lice Veritatem, identificat. Tamē quod difficultus queritur, dulcis solet inve-  
niri. Nec Halcyon nisi Ferras, nisi Acta sequitur. Et iam provalente in vestrum Patres & Fa-  
tores Cl. Præcl. Revv. Ampl. L. suscipite gremium: dignemini langividam & oculis & manibus  
Veritis: complectimini fatidum salubri patrocino, quod investis & impianis Ales ex Agenora-  
libus privatis evolans, in Rupibus amicis & præsidis placide reborata, vestro Celestisate exci-  
tata (Elandior enata favor it Alcedinis;) audeat posthac non tantum prædarere pennis littora Maris  
Metaphysici: sed & Dædaco austi aur portus velut Columbia Nor ex Arca Arcis Schæburgensis  
enista & Ramum à Radice sanguinem manantem. Proprietatis est erat. Scicis hinc Gratia, in ter-  
mite Amicis glacie conquiescat.

Illa sperat & exoptat

DANIEL SCHOBELIUS Lapidensis.

URSZ. SZÉCHÉNYI-KÖRÖVIÁR

Növedéknapló

193. 96v. 1232. sz.



## CAPITIS I.

## DISSERTATIO I.

I. **M**etaphysicam, i. e. sapientiam de ente, quatenus ens, ab o-  
mnibus aliis disciplinis distinctam esse, hodie prope nemo du-  
bitat. Evicit illud 1. Ordo, in cuius multitudine non est  
processus in infinitum, nec alia Scientia nominari potest,  
que in actu signato & definitivo Ens & Affectiones consideret. 2. Præ-  
ciso ut sic, transiens & indifferens, quantum ad prædicationem de Deo  
& Creaturis. 3. Insignis ejus usus in Theologia; & tamen ancillans  
non imperans: V. D. Danh. Ide. Diss. p.

II. Illustrissimus de Perron autem magis quam vero aliā substituit.  
Metaphysicam, que rejectis anticipationibus in autoritatem dicentis libe-  
ro naturali motu ex remotione Renatis Principiis, à primis intelligendi ini-  
tius & naturalibus orditur. Nam 1. Principium non debet incipere ab Ef-  
feto, sed à Causa. Atqui Cogito E. sum viam causalitatis & à posterio-  
ri infert. 2. Hęc via causalitatis tenet in virtute alicuius Principij prio-  
ris; E. non est absolute primum. 3. Infinitum non ratione sui, sed rati-  
one finis ultimi cognoscitur. E. invicta non est illatio: Sum E. datur Deus.  
4. Animam esse non est primum scibile Metaphysica, sed Pneumatica.  
5. O. He illationes prime supponunt anticipationem Terminorum.  
Ali sint & quid Nomina: in super anticipationem forme syllogistica, cum  
omnis argumentatio in vi consequentia præcognitæ argumentetur, quam  
supponit. E. non datur illatio prima, sine anticipatione. O. demonstrabile  
& scibile præcognitionem saltem quid nominis inevitabiliter supponit.  
Objiciunt alii absurdā; Physicum: Prima intellectio est sine corpore. Ethicū  
cum: Voluntas est perfecta. Logicum: Tota consequentia & Syllogismus  
est principium. Intellectio potest esse ex non præexistente. Theolog.  
Notitiae naturales non dantur: Deus est perfecte conceptibilis. Quantitas  
potest esse sine subiecto: Datur Transubstantiatio &c.

## III. DISSERTATIO.

1. Objectum Formale non est omne quod non implicat, extendendo  
ad Entia rationis, que extrinsecè Entia; privativa, negativa, que in vi  
oppositis

oppositi sunt analogie Entia, nec tamen Ens tantum finitum, nec Ens tantum infinitum.

2. Non implicat, dari aliquid superius ente supremo intensivè, cum prædicatio velut actus extinsecus, extensio sua non tollat primi Entis simplicitatem.

### III. DISSECTOR:

Subalternatio Scientiarum cum nec ex fine, nec ex objecto, nec ex principio sumatur, non est in Metaphysica ad alias disciplinas inferiores.

### IV. DISSECTOR:

Divisio Metaphysica in Partem Communem & Propriam sumitur ex concreto ad Ens præcium. Nec est Contradictorium, universalissimum conceptum descendere ad immediata inferiora in esse definibili; in esse vero verificante tam ad immediata, quam mediata descendit, cum immergatur in omnibus quiditatib[us].

### V. DISSECTOR:

Primum Principium non est O. Ens est Ens. Nec: Quodlibet est vel non est; sed Impossibile est idem simul esse & non esse. Terminis Logicis: Duo contradictoria simul vera & falsa esse non possunt. Propositionis Modalis posterior est de messe in ratione Propositionis, sed non in ratione causalis assensus, qui quia, primus est Naturalis, Principium non est de terminis artis. Nec tenet hoc principium in Conclusionibus actualiter, sed tantum virtualiter. Ex his infero:

THESES.

1. Metaphysica est Sapientia, ut est indifferens.
2. Objectum Metaphysica est Ens quatenus Ens, intrà realitatem positivam.
3. Metaphysica non subalternat Disciplinas in rigore.
4. Rechè in Communi Ens & Affectiones; in Propria Prædic. tractat.
5. Principium Sapientiae est: Impossibile est idem simul esse & non esse.

### USUS CAPITIS I.

1. In Theologia, Est quidem Metaphysica sapientia, cum Scientiam illam esse implicit, non minus quam prudentiam: Nec Sapientia secunda est compars, nec in una specie sit genus essentialiter contrahibile per differentias oppositas; Tamen accurate loquendo Theol. non est definienda

per sapientiam: partim quia frustra sunt, quia ex habitibus mentis Aristotelis proximum genus Theologie induunt, cum, ut inquit D. Danb. hoc illius omnibus emineat: partim quia est Sapientia sed altissima; Scientia sed invidens; Prudentia sed spiritus. Cognitio primi est Sapientia, imo via eterna Job. 17, v. 3. Non ut habitus sed ut medium 1 Cor. 2, v. 7. Ad Coloss. 1, v. 9. Jacob. 3, v. 15. est Sapientia Archetype Theologie. At nos de Ectypa querimus.

II. In Ethica: Ethica non est Universalis & Architectonica Disciplina, contrà Piccolom. Tractat de bono privato: habet finem specialem: Prudentia ut actus voluntatis dependet à iudicio intellectus; habet media specialia; Aliae sunt artes virtutis publicae, aliae private. Arist.

III. In Physica. Ut Ens metaphysici excludit non-entia, non-realia, non-positiva: ita Ens Physicæ à formalis excludit corpus infinitum actu, vacuum sine corpore; & tamen de illis tractatur sub intellectu oppositi, cum termini quantitatis corporeæ ex infinito; corporis plenum ex vacuo intellegatur.

IV. In Logica. Logica & Metaphysica versantur circâ idem, sed modo diversissimo: Formalitas illius est tantum in esse directivo; hujus in esse reali Universali; illud est in toto in esse suo, Ens rationis consequenter, fundato; hoc Ens in esse realissimum. sunt tamen ratione usus et que lati patentia. Nec omnes Termini Metaphysici ad Locos Inventionis reducuntur per modum præcepti, sed tantum per modum exempli. Non inquam ita tractat de Uno, Vero, Bono, ut de Causa & Causato. Actus definitivus toto genere differt ab actu directivo. E. & Metaphysica à Logica.

### CAPUT II.

### DISSENTATIO I.

1. Ens ex Usu vocis sumitur tripliciter: Physicè, & in vi participijs, quod denominatur ab existentia. Logicè, pro omni veritate Propositionis copulata per est. Metaphysicè pro indifferente ad essentiam & existentiam & in vi nominali.

II. Ens ut sic faciliter negativè definitur, cum in Transcendentibus tuitus dicatur quid non sit, quam quid sit. Communis definitio: quod concipiatur tanquam notissimum: de cognitione radicali & singularizata verificatur, cum ultimò abstractum non possit esse primò cognitum. Quod habet esse, tollerari potest.

III. Quod non implicat: Mendoza, intelligitur non tantum quod potest

potentiam passivam, prò ut res est in via ad existere; sed etiam quoad potentiam obedientialem. Non tamen quasi aliqua detur essentia ante existentiam secundum esse totale platonis, Fonseca, aut secundum esse diminutum scoti, sed tantum negativè ut Mendoza loquitur, qui non implicat. Negatio h.ec non est Megaricorum sententia, nec dispositio. Termimi ad esse Entis præcipue in respectu ad Ens infinitum, quod ex non ente indisposito creat, et si inobedientia Creature ad Creatorem ut non entis non implicantis necessariò detur.

V. Quod potest esse, ambigù dicitur; vel opponitur impossibili est, & ita O. quod est, actu est. Imò actu purum & simplex potest esse, in ratione Entis: hinc dicitur Potentia Entis; vel opponitur actu & dicitur Potentia Affectionis.

V. D. Abræ definitio Entis, quod est extrà nihil, Ens in summa latitudine explicat, cùm multa sint extrà nihil, que non sunt intra Ens ut sic.

## II. DISSERTATIO.

I. Ens objectivè & ut est Notio prima non est transmissio singulare ritatis, ut subtilissimè Okk. vult, tñm quia sensus & intellectus male exacti quantur; tñm quia intellectio non est facultas materialis concreta, nisi bene occasionaliter dependens à phantasmate: tñm quia acriter schola descendunt Intellectum agentem & possibilem differre aut realiter aut formaliter.

II. Ens, ut est cognitio secunda in se & citra concretionem spectata est in Ente Rationis: Hoc non intelligitur ut est tale effectivè, quod est à ratione; Subjectivè, quod est in ratione; Objectivè, quod cognoscitur à ratione; sed Objectivè, consequenter; tamen in vi eminenti.

### Sint Theses:

1. Ens rectè definitur & à Thoma & à Mendoza.
2. Ens objectivè est res concepta, realis, contradistincta

E. R.

### Inde

Usus I. Theologicus. ex variis Q. contra Manich. Pontif. & Flaccian. queritur: An peccatum sit Ens? preconoscere circa voces: Primo: Peccatum i. e. illegalitatem i. Job. 3. v. 4. omne dictum, factum vel concupitum contra legem Aug. l. 22. c. Faust. c. 27. esse vel Originas Ie, quod Radix Amaritudinis Hebr. 12. 1. fermentum i. Cor. 5. v. 6. oculi sum quid Psalm. 19. v. 13. vel Actuale, quod opus carnis Gal. 5. v. 19.

tenebras

tenebrarum Epb. 5. v. 14. C. Matth. 7. v. 17. P. sal. 25. v. 7. dicitur. Secundo Ens sumi Logicè pro copula, Physicè pro existente, Metaphysicè pro positivo reali. suppose circa Questionem duo: 1. in peccato duo esse: Materiale, seu actionem & actum: hominem peccantem & formale s. privationem, defectum & vitiostatem. D. Cal. Syst. l. 2. p. 357. D. Gerb. t. de Pee. Kón. Stal. Præt. & Clasic. Præcept. D. Diet. l. c. Exemplum habet mus inquit D. Rivetus d. l. d. pec. t. 18. in natura in claudicatione; in Arte in Cythara & organo (dissonantia) & in aromate in quibus minorum rotarum vitium (formale) non imputatur majoribus (cooperatione ad materiale.) Suppose 2. C. Pontif. Syncr. t. in specie Petav. Peccatum formaliter non esse nihil cum inquit D. Danb. Hodos. Phæn. 4. ob nihil non punitur peccator: de nihilo non sumus à Christo redempti.

### Thesis.

Peccatum in materiali est Ens in omni significatione, in formalis est Ens Logicè, Physicè, sed Metaphysicè, in rigore.

Ratio pro primo: O. Actus est quid restat. Pro secundo: O. enunciabile est Logicè Ens. pro tertio: Inexistit, inhabitat. Ad Rom. 7. 20. pro quarto: O. Ens est verum. Atqui peccatum si est verum, nec bonum, nec conforme intellectui & voluntati Hosea 13. v. 9. Psalm. 5. v. 5.

Antithesis. Obj. præprimis 1. O. quod est in Deo est Ens. O. præscitum est in Deo. E. est Ens subsumo: mala sunt à Deo precognita Heb. 4. v. 13. Psalm. 7. v. 10. Jerem. 37. v. 9. & Lomb. Quod est in Deo approbativè C. esse Ens. Apertius Petavius: esse in Deo Subjectis vè N. Min. Objectivè N. Maj. Quia non est in propria Idea. Obj. 2. O. pena est Ens. Peccatum est pena. & Log. Dist. Min. specificative C. reduplicative N. Obj. 3. Peccatum Originale est Ens positivum. E. est Ens. & ex Danb. Phæn. 4. non in obstratione philosophica, sed in latitudine Theologica, idq. 1. Denominative, quia includit actum positivum. 2. Formaliter, quia contraria est qualitas: ut vitium in Ethicis non est nuda privatio, sed positio contraria. 3. Analogicè, quia verbo positivis describitur Rom. 7. Heb. 12. Jac. 1. Gal. 5. 4. Oppositivè, ne extenuetur hujus peccati natura & satisfactionis Christi perfectio. Brevier; Dist. Antec. est positivum in materiali C. in formalis dist. Porro: est positivum in oppositione ad negativum purum C. in oppositione ad negativum privativum N. quis formaliter est privatio, sed non nuda absentia pers

fictio


fectionis justitiae naturalis, verum intima naturae depravatio, & in hoc sensu dicitur positivum quid. Reliqua discussione.

Usus Ethicus: Hec Consideratio inquit Mirandula, pertinet ad visum institutionem & emendationem, cum enim peccatum sit non-ens & non-bis furetur essentialia, adeo ut homo propter peccatum non-ens & nihil in scriptura dicatur, providendum est, ut habeamus esse hominis & nostram conservemus entitatem. Verum enim esse hominis est esse virtutis.

Usus Physicus. Zenonis Dilemma manu fuit: O. quod generatur, aut generatur ex eo quod est, aut quod non est. Prius & E. fructus generatur cum iam sit; Posteriorius. Ex nihilo nihil sit. Nam non-ens vel sumitur in vi Participij & sic C. nec Canon de tali non-ente loquitur; in vi transscendentali N. cum O. quod est, ex ente, & ab ente producatur.

Usus Logicus: Cum ens reale in tota latitudine & ut sic, sit fori Metaphysici ex aliena messe colligit mergites, qui in Logica Universalitatem Terminorum Metaphysicorum querens, instrumentorum in-differentiam, eum indifferentia reali confundit.

SOLI DEO GLORIA!



I. D. N. A.

CONTROVERSIARUM  
METAPHYSICARUM  
DISPUTATIO PRIMA,

D E

NATURA ONTOLO-  
GIAE & ENTE *ut SIC* *Telje*

indequè manante

USU THEOLOGICO, ETHICO, PHYSICO &  
LOGICO,

quam

DEO OPT. MAX. AUSPICE

P R A E S I D E ,

ELIA LADIVERO, P.P.

Scholæ Schœburgensis REETORE

defendet

DANIEL SCHOBELIUS LAPIDEN-  
SIS, Scholæ Ejusdem Studiosus.

die Martij hor. mat:

Anni M. DC. LXXXIX.



C I B I N I I ,

per Stephanum Jüngling excusa